



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll.

Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.

Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.

Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

Roll K5 [This Roll was previously named M1.]

Roll K5 [previously M1] (recto) [Tuesday] 7 Oct 1606

§ Dulwich in  
Comitate Surrey  
1606

*M.1*

Visus Franci Plegii una cum Curia Baronis Edwardi Allen Armigeri Tenta ibidem  
Septimo die Octobris Anno regni domini nostri Jacobi dei gracia Anglie Francie et Hibernie  
Regis fidei defensoris &c Quarto et Scotie Quadragesimo coram Johanni Harryes armigero senescallo  
ibidem /

Essonia [blank]

Querella  
Nulla

Nullus

Nullus

Nullus

Constabularius Johannes Hall Comparuit et Juramento presentat cum Juramento Et modo ad hunc diem exoneratu<sup>r</sup> Et Johannes Ewen de novo electus est et Juratur

Decennarii

Johannes Lewys  
et  
Robertus Bager Junior

} Comperent et Jurantur et presentant cum Juramento Et modo ad hunc diem exonerantu<sup>r</sup> Et Johannes How et Robertus Bager senior de Novo electi sunt et Jurantur

Johannes Boane Johannes Bagger et Walterus Boane Junior Jurantur ad Leganciam domini Regis

Capitales  
Plegii et  
homagium

[	Elliseus Parrey generosus	]	Jurati	[	Johannes Mathew	]	Jurati : /
	Johannes Ewen				Johannes How		
	Johannes Berry				Johannes Feringe		
	Nicholaus Foster				Johannes Casinghurst		
	Edmundus Curston				Arthurus Kingesland		
	Anthonius Kitchen				Ricardus Watford		
	Johannes Hall				et		
	Johannes Longe				Thomas Beck .		

Communis finis : Qui dicunt super sacramentum suum quod dant domino de Communi fine ad hunc diem pro Dulwich ut patet in capite  
iiijs soluto domino

**Homagium:** predictum Jurati et exonerati ad inquirendum super diversis articulis tam pro domino Rege ut preferitur quam  
pro domino huius Manerii dicunt super sacramentum suum quod Reynoldes Kete Georgius Sharpe Thomas Lane et [blank]  
Wood sunt Resiantes infra precinctum huius Manerii et debent sectam Curie et ad hunc diem fecerunt defaultam Ideo  
quilibet eorum in misericordia o----- vjd.

Item presentant quod [blank] Younge Unus Inhabitantium huius Manerii vendit granum suum per quandam mensuram  
vocatam a Bushell Carentem mensura Contra formam Statuti in eodem Casu editi et provisum Ideo ipse incurrit penam  
in eodem Statuto positam

Ulterius Homagium presentat quod Johannes Lewys Citra ultimam Curiam et ante hanc Curiam fecit affraium super  
puerum Cuiusdam Johannis Ferynge infra hanc letam Et super eum ibidem traxit sanguinem Ideo ipse in misericordia o--- iijs iiijd

Item presentant quod Johannes Berrye unus Tenentium huius Manerij per Copiam habere debet Communem  
viam vocatam a Cartway per partem Clausi Thome Calton generosi nunc existentem in tenura dicti Thome que  
nuper dividebatu<sup>r</sup> prefato Johanni Berry per eundem Thomam Calton Et si dicta pars Clausi predicte Concessa sit  
per Juratores et recordata in Rotulo Curie.

Item ulterius Homagium presentat quod Thomas Calton generosus non reparavit sepes suas Ideo in misericordia o---

Homagium presentat quod Omnes tenentes Manerij de Dulwich predicta non habent Ramos Anglice the Sprayes quercuum ulmorum et fraxinorum quas habere debent . /

### Nunc de Curia :

Elizabetha  
Ewen

[2 Oct 1533]

[4 May 1564]

[(22 Feb 1574 &  
26 Oct 1584)]

Redditus --- iiijd

fine – vj<sup>s</sup> viijd.

Ad hanc Curiam venit Thomas Calton generosus unus Customariorum Tenentium huius Manerij in propria persona sua et sursumreddidit in manus Domini unam acram terre Customarie sive plus sive minus cum pertinenciis vocatam Bearddes quondam Walteri Dove prout per Rotulam Curie gerentem datum Anno vicesimo quinto Henrici Octavi apparet Et postea Samuelis Dove filij dicti Walteri prout per Rotulam Curie gerentem Datum Anno ~~vicesimo~~ sexto Regine Elizabethe apparet Et nuper Willelmi Dalton prout per Rotulam Curie gerentem Datum Anno vicesimo sexto Regine Elizabethe apparet Et modo dicti Thome Calton ex sursumreddicione dicti Willelmi Dalton Ad opus et usum Elizabethe Ewen filie Johannis Ewen unius liberorum Tenentium Manerij predicti heredum et Assignatorum dicte Elizabethe imperpetuum ad voluntatem Domini secundum Consuetudinem eiusdem Manerij Que quidem Elizabetha per prefatum Johannem Ewen patrem suum petijt ad predictam acram terre cum pertinenciis admitti Cui Dominus per Senescallum suum p<sup>r</sup>edictum inde Concessit seisinam per virgam Habendum et Tenendum eidem Elizabethe Ewen heredibus et assignatibus suis per virgam ad voluntatem Domini secundum Consuetudinem Manerij p<sup>r</sup>edicti per -- Redditum ----- iiij<sup>d</sup> Et alia servitia inde prius debita et Consueta Et ad hanc Curiam dicta Elizabetha Ewen per patrem suum predictum admissa est inde tenens fidelitas tamen dicte Elizabethe Respectuatu<sup>r</sup> usque plenam etatem suam Et dat Domino pro fine ut patet in capite

{ Affiratur per totum Homagium }

[End of K5 [previously M1] (recto). K5 [previously M1] (verso) continues below.]

Roll K5 [previously M1] (verso)

[Tuesday] 6 Oct 1607

M1v

Dulwich<sup>ch</sup> in  
Comitate Surrey:  
1607

Visus Franci Plegii Cum Curia Baronis Edwardi Allen Tenta ibidem Sexto die  
Octobris Anno Regni Domini nostri Jacobi dei gracia Anglie, Francie, et Hibernie Regis fidei defensoris &c  
quinto et Scotie Quadragesimo primo Coram Johanne Harryes armigero Senescallo ibidem

Essonia : Arthurus Kingsland, Johannes Casinghurst Johannes Badger, et Christopherus Casinghurst

Querella : Nullus :

Constabularius: Johannes Ewen Comparuit et Juratus presentat cum Juramento et modo ad hunc diem exoneratur Et Thomas Abeck de novo electus  
est et Juratur

Decennarii : Johannes Howe et Robertus Bager senior Comperent et Jurati presentant cum Juramento et modo ad hanc Curiam exonerantur: et Robertus  
Best et Christopherus Savage de Novo electi sunt .

Robertus Kingsland ad hanc Curiam electus est per homagium Gustator Cervitie et Juratur.

Capitalles  
homagii :

Thomas Calton generosus  
Johannes Ewen  
Nicholaus Foster  
Johannes Mathew  
Johannes Staple  
Robertus Bager Junior  
Robertus Best  
Edwardus Curston  
Anthonius Kitchen generosus

Jurati :

Johannes Howe  
Christopherus Savadge  
Robertus Badger senior  
Johannes Hall  
Johannes Longe  
Johannes Boane  
Robertus Kingsland

Jurati :

Communis finis  
iiij<sup>s</sup> soluto Domino

Qui Dicunt super sacramentum suum quod Dant Domino de Communi fine ad hunc Diem pro Dulwi<sup>ch</sup> ut patet in Capite

Et qui - Jurati et exonerati ad inquirendum super diversis Articulis tam pro Domino Rege ut prefertur quam pro Domino huius Mannerij  
Dicunt super sacramentum suum quod Ellizeus Parrey generosus est liber tenens huius Mannerij et ad hanc Curiam non comparuit Ideo ipse in  
misericordia Domini o----- v j<sup>d</sup> .

Juratores ulterius presentant quod Robertus Starkey, Johannes Feringe Tymothius Cooke, Georgius Sharpe, Thomas Lane, Thomas  
Beck et Willelmus Mathew sunt Resiantes infra p<sup>r</sup>ecinctum huius Curie et Debent sectam Curie et ad hunc Diem fecerunt Defaltam Ideo quilibet  
eorum in misericordia o----- iiij<sup>d</sup>

Item ulterius presentant quod Ricardus Ward, Thomas Lane, Georgius Sharpe, et Thomas Walker sunt comhabitantes anglice  
Inmates Infra p<sup>r</sup>ecinctum huius Mannerij et Jta per Magnum tempus Continuaverunt videlicet p<sup>r</sup>efatus Ricardus Ward in Domo Thome  
dimidii anni ad datum predictum ; prefatus Thomas Lane per spacium  
Abeck per spacium <sup>^</sup> trium Annorum in Domo Walteri Bone ; prefatus Georgius Sharpe in Domo Johannis Heath per spacium Duorum Annorum,  
et p<sup>r</sup>efatus Thomas Walker in Domo Johannis Ewen per spacium trium hebdomidarum Contra formam Statuti in huius modi Casu editi et  
provisi Ideo quilibet eorum ferit pœnam in eodem Statuto positam . /

**Item** ulterius p<sup>r</sup>esentant quod Johannes Hall Citra ultimam Curiam et ante hanc intravit Caruca sua in unum Clausum infra p<sup>r</sup>ecinctum huius Mannerij vocatum Wickers Oake Coppice, contra consuetudinem huius Mannerij Ideo amerciatu<sup>r</sup> o----- vj<sup>d</sup> Et ordinatum est per homagium si quod  $\wedge$  p<sup>r</sup>edictus Johannes Hall -/- Ita posthac fecerit confiscabit Domino huius Mannerij tocies quoties o----- x<sup>s</sup>

**Item** homagium Ulterius p<sup>r</sup>esentant quod post ultimam Curiam et ante hanc Curiam quidam [blank] Wilson pinsor vendidit panem Candidum infra p<sup>r</sup>ecinctum huius Mannerij ligitima Assiza carrentem, Contra formam Statuti in huius Casu editi et in misericordia ----- xij<sup>d</sup> et posthac provisi Ideo ipse  $\wedge$  subibit pœnam in eodem Statuto positam

**Item** ulterius p<sup>r</sup>esentant quod Willelmus Cockett non annullavit porcum suum anglice his boare secundum consuetudinem huius Mannerij post ultimam Curiam ; Ideo ipse in misericordia o----- iij<sup>d</sup> pro quolibet mense (post ultimam Curiam) qui in toto se allingivit ad o----- iij<sup>s</sup> pro duodecem mensibus

**Item** ulterius p<sup>r</sup>esentant quod Willelmus Cockett non depurgavit scrobem iacentem inter terram [Johannis] Staple et terram ipsius Willelmi ut aqua liberum Cursum suum haberet , Ideo ipse in misericordia o----- vj<sup>d</sup> Et modo ordinatum est quod si p<sup>r</sup>edictus Willelmus scrobem p<sup>r</sup>edictam non depurgat ante primum diem Maij proxime sequentis confiscabit Domino o----- xs,

**Item** ulterius Ordinatum est quod nullus Inhabitans huius Mannerij franget ullas climaces infra p<sup>r</sup>ecinctum huius Manerij sub pœna o----- x<sup>s</sup>.

**Item** ulterius ordinatum est quod nullus Inhabitans huius Mannerij ullo tempore franget ullas sepes infra hoc Mannerium nec frequenter perambulabit in clausa in quibus perambulare non debet , ad nocumentum herbæ ibidem crescentis sub pœna o----- v<sup>s</sup>

**Item** ulterius ordinatum est quod Johannes Boane reparet pedalem viam Ducentem ex Croxted Lane in terra vocata Court meade ante primum diem Maij proxime sequentis sub pœna o----- v<sup>s</sup>

**Item** ulterius ordinatum est quod Henricus Mathewes pedalem pontem componet super fossam vocatam the Common Sewer, iacentem inter terras vocatas Mathewes Bournes, et Chassinghurst Bournes, et clathrum ibidem ponet, Et quod predictus Henricus procurabit sufficientem postem ibidem ferri ad clathrum predictum sustinendum, ante primum diem Maij proxime sequentis sub pœna confiscandi

ibidem

Domino o----- v<sup>s</sup> Et similiter Ordinatum est quod Johannes Cassinghurst alteram sufficientem postem  $\wedge$  procurabit ferri ad sustinendum clathrum p<sup>r</sup>edictum ante primum Diem Maij proxime sequentis sub pœna o----- v<sup>s</sup>

Item ulterius p<sup>r</sup>esentant quod Edwardus Curson et Johannes Longe abfuerunt a cæteris Juratoribus absque licentia hijs p<sup>r</sup>esentacionis faciendum Ideo quilibet eorum in misericordia o----- xij<sup>d</sup>

### Nunc de Curia :

Compertum est per homagium quod Johannes Berry unus Customariorum tenentium huius Mannerij post Ultimam Curiam et ante hanc Curiam videlicet decimo sexto die Octobris Anno Domini 1606 Sursumreddidit in manus Edwardi Allen armigeri Domini huius Manerij per manus Ellizei Parrey et Edwardi Curston Duorum customariorum tenentium huius Mannerij Omnes illas tres partes in quatuor partibus dividendas de et in uno Messuagio sive tenemento tunc in tenura ipsius Johannis Berry una cum omnibus horreis stabulis, ædificijs hortis pomarijs cum suis pertinencijs universis eidem Messuagio sive tenemento pertinentibus sive spectantibus Simul cum tribus partibus in quatuor partibus Devidendis de et in Uno agro vocato Home Feilde Continente per estimacionem sex acras terre, sive, plus, sive minus , ac de et in uno alio agro vocato Xurche feilde continente per estimacionem quatuor acras terre et de et in uno alio agro vocato Little Brownings continente per estimacionem duas acras terre, sive plus sive minus, et de, et in uno alio agro vocato the Lordshipp close Continente per estimacionem tres acras terre sive plus sive minus ad solum opus et usum p<sup>r</sup>edicti Edwardi Allen Domini huius Mannerij heredum et assignatorum suorum imperpetuum

[line here accidentally omitted by the scribe]

Ad hanc Curiam compertum est per homagium quod Elizeus Parrey et Mariana uxor eius post ultimam Curiam et ante hanc Curiam videlicet vicesimo secundo die Octobris Anno Domini 1607 ipsa Mariana per se sola et secreta examinata Coram Johanne Harryes armigero Senescallo Mannerij p<sup>r</sup>edicti Sursumreddiderunt in manus Domini per manus Senescalli eiusdem Mannerij omnia illa tria Customaria tenementa unacum omnibus et singulis horreis, stabulis, pomariis et hortis cum suis pertinencijs eidem pertinentibus acetiam viginti Duas acras terre arrabilis et pasturis, sive plus sive minus, ac omnes alias commoditates et hereditamenta cum suis pertinencijs universis eidem tribus customariis tenementis spectantibus sive ullo modo pertinentibus, nunc aut nuper in sepealibus tenuris sive occupacionis Johannis



Lewis, Anthonii Kitchen, et Elizabethæ Ambler, vidue, aut eorum alterius assignatorum, scituatis iacentis et existentis in Dulwich<sup>ch</sup> predicto in parochia de Camberwell in Comitatu Surrey predicta, tenta de predicto Manerio De Dulwich<sup>ch</sup> per Copiam Rotulorum Curie ac etiam omnia alia Customaria tenementa terras et hereditamenta ipsorum Elizei et Mariane aut eorum alterius in Comitatu Surrey, tenta de Manerio de Dulwich predicto, Ad solum opus et usum predicti Edwardi Allen armigeri Domini Manerij predicti heredum et assignatorum suorum imperpetuum: /

Afferatur per Thomam Calton generosum  
Edwardum Curston  
Nicholaum Foster  
Robertum Kingsland } Jurati

[End of Roll K5 [previously M1].]